



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Ecclesia, & Altare non consecrata, seu non benedicta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

§. IV. *An Calix, adde & vestes, aliaque similia remaneant consecrata seu benedicta, si in illis non sacris forte quis sacrificet.*

Calix, & Patena.

1. **Q**uamvis probabilis sit, cum Navar. Azor. Layman, Fagundez quos citat, & sequitur Delugo de Euch. d. 20. sect. 4. num. 9. & 92. hæc non remanere tunc consecrata, quia aliud est calicem sacrum, veluti ex naturali quadam consequentia, id quod sit per contactum sanctissimi sanguinis: aliud est, calicem deputari ad sacrificium, quod sit per benedictionem factam ab habente potestatem, quodque Sacri Canones semper requirere videntur. Tamen, est etiam probabile remanere consecrata. Ita Coninch. de Bapt. q. 66. art. 2. dub. unico, n. 15. sine, Niger Trimare. de Pryn. Celestin. apud Dian. part. 5. tract. 13. resol. 60. Ratio est, quia æquivalenter, limbo eminenter talis deputatio habetur per illum sacratissimum contactum. Favetque sanctus Augustinus allatus à Suario de Euch. d. 81. sect. 7. §. dico 2. circa medium, dum ait: *Sed & nos pleraque instrumenta, & vasa ex auro, & argento habemus in usum celebrandorum Sacramentorum, quæ, ipso ministerio consecrata, sancta dicuntur.*

2. Idque puto, tum si bona fide, tum si mala quis in calice & patena non consecratis celebret. Sæpe Ecclesia, num. 19. Ratio est, quia quoad nostram rem, eadem est paritas, semper enim adest prædictus contactus. Scio aliquos agentes de sacrificio in Ecclesia violata peracto, ponere discrimen inter peractum mala, & peractum bona fide: sed profecto difficultur, quo ad id, de quo loquimur, aptum discrimen invenire poterunt. Sic Delugo disp. de Euch. 20. sect. 2. num. 62. Laym. lib. 5. tract. 3. c. 5. n. 13.

Corporale, Pixis, &c.

3. **D**ico de Corporali, & pixide, de custodia, seu sphaera immeritate tangentibus sacras species esse probabile quod acquirant sufficientem consecrationem, seu benedictionem, eo ipso, quod in illis sacra ministeria exhibentur. Ratio est, quia iam continguntur, suo modo, à Sanctissimo Christi corpore, unde omnis benedictio promanet.

Vestes Sacerdotales aliaque ornamenta.

4. **D**e vestibus Sacerdotum, & Altaris ornamentis dico, non statim, ac in ipsis celebrat Sacerdos, benedici. Ratio est, quia non habemus contactum Christi Domini, sicuti in prædictis. Sed quia, tum in vestibus, tum in ornamentis non requiritur tanta consecratio non est improbable sufficere eam, quæ ex ipso sacro ministerio in illa redundat. Ita Dian. p. 2. tr. 14. resol. 9. Gavant. in Rubric. Missalis, p. 4. tit. 19. n. 21.

Ecclesia Violata.

1. **D**e Ecclesia violata idem dico: esse nimirum probabilius ex sacrificio ibidem peracto Ecclesiam violatam non reconciliari. Ratio est, quia non adest sacer ille contactus, reconciliati, tamen, dico esse etiam probabile, idque propter parem rationem modo dictam de vestibus Sacerdotis non indigentibus tanta consecratione; cum enim purgare materiam iam semel consecratam opus facile sit, poterit haberi ex ipso ministerio, in ipsa Ecclesia violata, peracto. Adde & auctoritatem extrinsecam multorum Doctorum id asserentium. Ita Diana ibid. citans Castrum, Avilamque; item Sæpe. Eccl. num. 19. & Henric. lib. 9. de Missa c. 27. n. 6.

6. Obicit Delugo de Euch. t. d. 20. sect. 2. n. 62. contra hos DD. Si sacrificij dignitas Ecclesiam pollutam reconciliat, sequitur Ecclesiam reconciliari, etiam in sequenti-

bus casibus. Primum, quando mala fide celebratur, quando ibidem celebratur in necessitate ex tione Episcopi. Tertio, quando Sacrosancti Canone, postea polluta Ecclesia, protequitur finem, sic enim facere debet, nam si non incipit nem, reliquæ obligatur Missam & discedit. In his, inquam casibus reconciliata remanet Ecclesia, quia semper eadem est sacrificij dignitas. Alii obicit solvetur n. 9.

7. Hæc diluere pertinet ad prædictos Doctores, tamen ego probabilem dixi coram sententiam, etiam subij respondendi.

Ad primam ergo sequelam, libens illum propter rationem dictam n. 1.

Ad secundam, quid si etiam illam concedamus tamen Episcopus limitet pro illa sola vice, tum non ex vi violationis, sed ex vi talis prohibitionis poterit extra illam necessitatem ibidem celebrare, qui celebraret, non incurreret in penas furti in Ecclesia latas contra celebrantes in Ecclesia violata celebrantes in loco interdicto ab Episcopo.

Ad tertiam dicemus, per illam Missam inchoatam ante pollutionem, sed continuatam postea non obligari Ecclesiam, quia Canones per quandam in revigilantiâ sacrificij incepti, disposuerunt inchoatam apte violationem inceptoque Canone ac si tota absoluta fuisset, & veluti pertinere ad tempus ante dictam violationem. Unde cum missa non indicatur esse postea, non poterit à DD. dici per illam Ecclesiam violatam solvari. Neque ex canonibus positivis est spectanda prioritas, vel politia physica, sed sufficit plerumque moralis, seu canonica sacræ Canonibus disponentibus. Certe sic dicta violationem moraliter reputatur à iure hodierna, inchoatam ad recitandum matutinum huius diei: non videtur adine ad non laborandum die festivo. Sic etiam Missam mediam noctem Natalis Domini, quæ coram Summo Pontifice celebrari solet indicatur ex quadam fide seu dispositione Pontificis facta ipso sic volente post mediam noctem, seu pertinere ad diem sequentem nam propterea, qui illi interfuerit, satisfaciunt peraudiendi Missam in die Natalis. Sic Delugo de Euch. disp. 15. sect. 2. n. 57. Simili igitur modo Missa inchoata ante violationem, & absoluta post, disponitur à iure esse absoluta antea; & ideo tandem violationem nullatenus potest.

Ecclesia & Altare non consecrata, seu non benedicta.

8. Iam verò de Ecclesia non consecrata, live non benedicta, & altari non consecrato, si quis forte in illa celebret. Dico certum esse nihil, & illis non remanere consecrata, nec benedicta, nec deputata ad sacrificium. Mihi quia non continguntur à sacratissimo Christi corpore, & sanguine. Aliis, tum propter eandem rationem ex absurdo, quia si ipso sacro ministerio factum fuerint, omnia Oratoria, & Altaria, etiam in Caltris tum etiam sub dio, essent consecrata & deputata ad sacrificium, postquam in eis ex quacunque causa consecratum fuerit, quod, ut clarum incoveniens, à nemine admittitur.

9. Quod si his obicias: cur Ecclesia violata ex probabilis sententia moro dicta n. 5. reconciliatur si ibi sacrificium peragatur, non autem consecratur, seu benedicitur si in illa consecrata celebretur? Respondere possum, quod ut ibidem dictum est, plus requiritur ad inducendam consecrationem, seu benedictionem in materiam profanam quam ad purgandam materiam iam semel consecratam seu benedictam.

§. V. Quando Calix, & Patena amittant consecrationem.

1. **A**mittitur consecratio per fractionem, vel per aliam diminutionem, quæ illa inutilia reddit, incepta ad usum sacrificij. Ita Delugo d. 1. c. de Euch. n. 93. Quare de quodam Calice, qui modicissimum men habebat in fundo cippæ, quod tamen promittitur